

PSALMUS 53

53 : 1 IN FĪNEM IN CARMINIBUS INTELLĒCTŪS DĀVĪD,

Unto the end, in verses, understanding for David,

53 : 2 CUM VĒNISSENT ZIPHAĒĪ ET DĪXISSENT AD SAŪL: NŌNNE
DĀVĪD ABSCONDITUS EST APUD NŌS?

when the men of Ziph had come and said to Saul: Is not David hidden with us?

53 : 3 Deus in nōmine tuō salvum mē fac, et in virtūte tuā jūdicā mē.

Save me, O God, by thy name, and judge me in thy strength.

53 : 4 Deus exaudī ōrātiōnem meam; auribus percipe verba ōris meī.

O God, hear my prayer; give ear to the words of my mouth.

53 : 5 Quoniam aliēnī insurrēxērunt adversum mē, et fortēs
quaesiērunt animam meam, et nōn prōposuērunt Deum ante
cōspectum suum.

For strangers have risen up against me; and the mighty have sought after my soul, and they have not set God before their eyes.

53 : 6 Ecce enim Deus adjuvat mē, et Dominus susceptor est animae
meae.

For behold God is my helper, and the Lord is the protector of my soul.

53 : 7 Āverte mala inimicīs meīs, et in vērītate tuā disperde illōs.

Turn back the evils upon my enemies, and cut them off in thy truth.

53 : 8 Voluntāriē sacrificābō tibi, et cōfitēbor nōminī tuō Domine,
quoniam bonum est;

I will freely sacrifice to thee, and will give praise, O God, to thy name, because it is good;

53 : 9 quoniam ex omnī trībulātiōne ēripuistī mē, et super inimicōs
meōs dēspexit oculus meus.

for thou hast delivered me out of all trouble, and my eye hath looked down upon my enemies.